facere & quando uideat de detractione dicens
per propheta: Detrahentem aduersus proximum
suum occulte hunc persequebar. & in leui
tico: Non eris criminator & susurro in po
pulis. Potest & ita intellegi. Quid & rahit
fratri legis iussa facienti detrahit legi &
iudicat legem quare talia iusserit.
Verbi gratia lex praecipit dicens: Ne memor
eris iniuriae ciuium tuorum. Qui ergo detrahit
fratri & qui iudicat fratrem suum quem uidet propter dei
amore libenter iniurias suscipere detrahit
utique legi & iudicat legem quae nos iniurias
obliuisci praecepit. Tu autem quis es qui iudices
proximum. Temeritatem eius arguit qui
proximum iudicare delectatur nec suae status
fragilitatis ac uitae temporalis incertum